



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio
Leodii, 1709**

Caput II. Solâ Dei authoritate hominem licet occidere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](#)

Amor justus erga proximi vitam. cxlij!

„ sione occisivâ, quæ actu possidemus, sed e-
“ tiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ
“ nos posselleros speramus. Amicus ubi suprà
“ sect. 8. n. 130. Edit. Duac. 1642. Damnata per
Innocentium XI.

„ Licit quoque est occisio ejus, qui invadit res
“ meas per famulum, vel arte magica per dæmo-
“ nem, si alia ratione, quam nece ipsius, non
„ Posit impediti. Lefthus ubi suprà n. 75.

„ Licitum est innocentii duellum ad vitam,
“ honorem, & res familiares in notabili quan-
“ titate tuendas, quando constat omnino inju-
“ stè & per calumniam actorem procedere, &
“ certum omnino est, fore ut innocens hac
“ amittat, nec aliud sibi evadendi remedium
“ suppetat.... Atque optimè Bannez ait, lice-
“ re innocentii in his casibus acceptare & offer-
“ re duellum.... Imò benè Navarra.... ait,
“ teneri innocentem non acceptare duellum,
“ nec indicere, si potest, illum occulte occi-
“ dendo, id vita, honoris, rerum familiarium
“ periculum evadere. Quippe sic proprium pe-
“ riculum, in duello imminens, vitabit, &
“ peccatum actoris offerentes aut acceptantis
“ duellum. Sanchez l. 2. in Decal. c. 39. n. 7.

„ Acceptaré duellum, & comparare in tali

„ loco, non est intrinsecè malum, sed quiddam
“ indifferens, quod benè & male fieri potest. Cur
“ ergo, si justa causa subsit, qualis est honoris
“ estimatio, non possit licet fieri? Filiatus
tr. 29. c. 8. n. 145.

„ Pone hominem nobilem, ab alio provo-
“ catum ad duellum, qui, si illud recuseret, non
“ cenfetur recusare propter legem Dei (quia
“ se facile projicit in alia peccata) sed propter
“ timiditatem: & idè ab aliis despicietur, a-
“ pud quos semper erit inglorius; ex quo non
“ levia damna & incommoda sequentur. Est
“ igitur quæstio, utrum in hoc casu possit pro-
“ vocatus exire in locum condicium, non cum
“ absoluta voluntate pugnandi, sed cum con-
“ ditionata, si à provocatore priùs petatur in-
“ justè. Provocati autem absolute voluntas est
“ tueri opinionem viri fortis, & depellere in-
“ famiam timiditatis; quæ objecta per se sunt
“ honesta, necessaria viro nobili ad degendam
“ vitam decorum inter tuos, præcipue militi, qui
“ ab exercitu cenfetur esse gallina, & non vir.

„ Media autem, quæ elegit ad hunc finem, sunt
“ indifferentes... nempe egredi in agrum, &
“ in eo inambulare. Quæ media honestantur ab
“ illo fine, &c. Hurtadus de Mendoza in

2. 2. to. 2. disp. 170. sect. 13. §. 106. &

seqq. multis hanc suam opinionem probare

fatagens, & addens eam speculative esse pro-
“ babilem, sed practicè valde difficultem.

„ Vir equestris, ad duellum provocatus, po-

“ test illud acceptare, ne timiditatis notam a-

“ pud alios incurat. Hurtadus apud Dianam

p. 5. tr. 19. resol. 59. Damnata est per Ale-

xandrum VII.

„ Potest etiam duellum offerre, si non aliter

“ honori consulere possit. Amadeus Guime-

nus tr. de charit.

Militi in exercitu licitum est duellum ac-
“ ceptare, quando aliqui ab exercitu cenfubi-
“ tur gallina, & non vir. Hurtadus ibidem.

Id saltem verum est, quando officio, di-
“ gnitate, Principis vel Ducis favore, ob igna-
“ via notam excederet, nisi provocanti se liste-
“ ret. Layman l. 3. tr. 3. p. 3. c. 3. n. 2. &
3. Petrus Hurtadus apud Escobar tr. I. exam. II
7. n. 96.

Duellum potest acceptari, & offerri, in
“ temporalium bonorum defensionem, si non
“ adest alia via tuendi. Petrus Hurtadus ibid.

Qui inimicum necat, haud proditoriè di-
“ citur occidere, si per infidias, aut à tergo
“ percuriat. Escobar tr. 6. exam. 4. n. 26.

Reconciliatus inimico, cum fidejussione de-
“ non occidendo, licet postea occiderit, frui-
“ tur Ecclesiæ immunitate: quia non est dicen-
“ dus absolutè proditoriè occidisse, nisi inter-
“ cessisset arctior aliqua amicitia, simul come-
“ dendo, alloquendo. Escobar ibidem n. 56.

Licitum est procurare abortum, ante ani-
“ mationem fœtus, ne puella, deprehensa gra-
“ vida, occidatur, aut infameretur. Herillus
in Praelectionibus suprà relatis, & alius So-
cietas Theologus, apud Dianam p. 6. tr. 8.
resol. 37.

Non videtur illicitum, ob salutem matris,
“ certò alioquin moritura, directè abortum
“ procurare, si fœtus nondum sit animatus.
Tannerus to. 3. d. 4. de just. q. 8. dub. 4. n. 60.
Sanchez l. 9. de matrim. disp. 20. n. 9. & 10.
Henriquez, & alii.

Qui aliter nescit carnis tentationes supera-
“ re, potest seipsum castrare, ut vel sic reddat
“ suam salutem fecuram. Caramuel Th. Fun-
dam. n. 1158. Edit. Francof.

En propositiones humanae societati exti-
“ les; en aberrations; en præcipitia, in quæ
“ prolapsi sunt, qui visam sibi rationem natura-
“ lem sequi maluerunt quam definita Majo-
“ rum. Judicent Sapientes, judicet Orbis, an
“ non iure Isidorus Pelusiota *animales, spirituum*
“ non habentes suprà vocaverit eos, qui idè
“ talia sequuntur opinamenta, quia ratiocina-
“ tionibus suis potius quam Patrum sententiis
“ innituntur, atque ex sensu suo se inventuros ar-
“ bitrantes id quod iustum sit atque uile. Nemo
“ proinde imposturum miretur, si divina ab iis
“ præcepta luxentur, laxenturque qui per tri-
“ tam Majorum viam gradi dediantes, plus
“ dialekticis, seu potius sophisticis ratiocinatio-
“ nibus suis, quam Sanctorum deferunt autho-
“ ritati.

C A P U T II.

Solà Dei autoritate hominem licet occidere.

Demonstratur, quia solus Deus est domi-
“ nus vita hominis. Manifestum est autem
“ quod sine autoritate domini rem ipsius de-
“ struere non licet. Unde Deuteronom. 3. Do-
“ minus dicit: *Ego occidam, & ego vivere fa-
“ ciam.* 1. Reg. 2. *Dominus mortificat & vivifi-
“ cat, deducit ad inferos, & reducit.* Sap. 13. *Tu
“ es Domine qui vita & mortis habes potestatem.*